



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

LXVI. Praeceptum Karoli Calvi Regis pro monasterio Caunensi in dioecesi  
Narbonensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

judicaria potestate in Ecclesiis vel loca vel agros seu reliquias possessiones memoratae sedis, quas moderno tempore infra ditionem regni nostri legaliter possidet, vel quae deinceps in jure ipsius sancti loci divina pietas augeat volerit, ad causas judiciorio modo audiendas, aut freda exigenda, vel mansiones aut paratas faciendas, vel fidejussiones tollendos, aut homines ipsius Ecclesie contra rationis ordinem distingendos, ne illas redibitiones aut illicitas occassiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea qua supra memorata sunt penitus exigere presumat; sed licet memorato Episcopo suisque successoribus res ejusdem monasterii cum omnibus ad se pertinentibus sub tuitione atque immunitate nostrae defensione, remota totius judiciorum potestatis inquietudine, quieto ordide possidere. Concedimus etiam ut homines liberi commanentes infra terminos & super terram ejusdem monasterii terras quas per licentiam Abbatis & monachorum ex heremo traherunt & incoluerunt, quiete possideant; ita tamen ut congruum obsequium, sicut homines ingenui, exinde eidem monasterio exhibeant. Hi vero liberi homines qui in congruentia sepe fati monasterij de sua proprietate terras & vineas aut molendina habent, concedimus ut ad idem monasterium ex vendant vel committant, & ipsa emptio vel committatio plenissimam praesenti nostre auctoritatis editio in omnibus firmitate habeat. Quandoidem autem Abbas ipsius monasterii ab hac luce migraverit, quandiu ipsi inter tales invente potuerint qui ipsam congregacionem secundum regulam sancti Benedicti regere & gubernare valeant, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant ex semetipsis Abbatem eligere; quatenus ipsi servi Dei, qui ibidem Dominum famulantur, pro nobis & stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare deleter. Et ut hæc auctoritas nostris successorumque nostro temporibus inviolabilem obtineat firmatatem, manu propria eam subter firmavimus & anuli nostri impressione signare decrevimus.

Signum Karoligloriosissimi Regis.

Data xii. Idus Iunij Indictione viii. anno quarto regnante Karolo gloriofissimo Rege.

Aetum in monasterio sancti Saturnini, dum ob sideretur Tolosa, in Dei nomine feliciter. Amen.

## L X V.

### *Præceptum Karoli Calvi pro monasterio Craffensi in diœcesi Carcassonensis.*

An. 844.  
Ex archivio  
monasterii  
Craffensi.

In nomine sancte & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si ea que edictis imperialibus Domini & genitoris nostri Ludovici p̄fissimi Augusti largita vel roborata sunt atque decreta nostra manuetsudini præcepto firmamus, regiam consuetudinem exercemus. Idcirco noctu fieri volumus omnium & fidelium nostrorum præfatum felicet & futuron sollicitus quia, sicut in præcepto jam dicti Domini ac genitoris nostri continetur, immunitas defensionem atque tuitionem monasterio sancti Laurentij, quod situm est in pago Narbonense super fluvium Rigella, David Abbatu suisque successoribus necnon & monachis in eodem monasterio consistentibus, cum cella quæ dicitur Caucana, quæ est super litus maris, necnon cum rebus quas idem David super Trasdarium & Theoderenum coram Missis saepediæ Domini ac genitoris nostri conquierat, id est, Ecclesiam sancti Marcelli & sancte Matiae & sancti Felicis & omnibus quæ in iudicio exinde evindicato & præcepto ex eadem re firmato continentur, seu etiam cum cella nova sub honore sancte Marie constructa in pago Carcassonensi cum omnibus ad se pertinentibus, sicut in præcepto fratris nostri Pippini exinde continentur, necnon & cum portu secus monasterium in mari littore sito per hoc clementia nostræ firmamus editum; per quod constituius arque decernimus ut sepe datum monasterium & in eo regulati

ac monastico ordine viventes . . . . cum omnibus ad se pertinentibus . . . . possidere videntur, vel quæ de cetero à Deum timentibus hominibus ad idem collatum fuerit monasterium, sub nostra successorimque nostrorum tutioine in perpetuum maneat, quatenus nullus iudex publicus neque quislibet ex judicaria potestate aut ullus fidelium nostrorum tam præsentum quam futurorum cellas aut Ecclesiis vel loca five agros vel reliquias possessiones quas nunc vel in postmodum in quilibet pagis & territoriis possident vel posselli sunt, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansionaticos vel paratas faciendas, aut fidejussiones tollendos, hominibusque distingendos, vel quascunque redibitiones aut inquietudines agendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea qua supra memorata sunt penitus exigere presumat; sed licet memrato Abbati suisque successoribus res ejusdem monasterii cum omnibus ad se pertinentibus sub tuitione atque immunitatibus nostræ defensione, remota totius judiciorum potestatis inquietudine, quieto ordide possidere. Concedimus etiam ut homines liberi commanentes infra terminos & super terram ejusdem monasterii terras quas per licentiam Abbatis & monachorum ex heremo traherunt & incoluerunt, quiete possideant; ita tamen ut congruum obsequium, sicut homines ingenui, exinde eidem monasterio exhibeant. Hi vero liberi homines qui in congruentia sepe fati monasterij de sua proprietate terras & vineas aut molendina habent, concedimus ut ad idem monasterium ex vendant vel committant, & ipsa emptio vel committatio plenissimam praesenti nostre auctoritatis editio in omnibus firmitate habeat. Quandoidem autem Abbas ipsius monasterii ab hac luce migraverit, quandiu ipsi inter tales invente potuerint qui ipsam congregacionem secundum regulam sancti Benedicti regere & gubernare valeant, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant ex semetipsis Abbatem eligere; quatenus ipsi servi Dei, qui ibidem Dominum famulantur, pro nobis & stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare deleter. Et ut hæc auctoritas nostris successorumque nostro temporibus inviolabilem obtineat firmatatem, manu propria eam subter firmavimus & anuli nostri impressione signare decrevimus.

Signum Karoli gloriofissimi Regis.

Ionas Diaconus ad vicem Hludovici recognovit.

Data xiiii. Kalendas Iunij Indictione viii. Anno quarto regnante Karolo gloriofissimo Rege.

Aetum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosam in Dei nomine feliciter. Amen.

## L X VI.

### *Præceptum Karoli Calvi Regis pro monasterio Caunensi in diœcesi Narbonensis.*

In nomine sancte & individuæ Trinitatis. Ex archivio Karolus divina propitiante clementia Rex monasterij Caunensis. omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Co-

mitibus, Vicariis, Actionariis, Centenariis, vel cunctis fidelibus nostris & sancte Ecclesie praesentibus scilicet & futuris. Notum sit quia si sacerdotum ac servorum Dei petitiones, quas nobis pro suis necessitatibus innoverint, ad effectum perducimus, non solum regalem confuetudinem exercemus, verum etiam aeterna remuneratio primum apud Dominum reperi non dubitamus. Quocirca noverit omnium sanctae Dei Ecclesie fidelium tam praesentium quam & futurorum folletia quia vir venerabilis Abbas Hildericus ex monasterio quod dicitur Caunas, quod est situm in pago Narbonensi, constructum in honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli super fluvium Argenti duplicitis, detulit nobis preceptum avi nostri Karoli Augusti Imperatoris, in quo continebatur qualiter idem monasterium, cui bona memoria venerabilis Abbas Daniel praverat, Aniano Abbatii in sua elemosyna concederat uti per ejus defensionem atque immunitatem & tuitionem quiete secundum regulam sancti Benedicti viverent, & denio avis noster per suam auctoritatem, paternum sequens morem, supra scriptum monasterium cum suis omnibus appendicis vel terminis, sicut in illorum instrumentis resonat, receperit immunitatemque benignè contulisset, aliud nobis simili tenore nostra auctoritatis preceptum ipsum scilicet venerabilis quadam Abbati nomine Daniel factum, qualiter ipsum monasterium sub nostra immunitate tutione jure perpetuo manendum instituimus. Sed pro fitimatis minime deprecatus est nos praedictus Abbas Hildericus circa ipsum sanctum locum denito ei pro mercede nostra aeterna ac regni nostri augmentatione eadem concedere dignatum nostrae auctoritatis precepto. Cujus petitionem denegare nolumus, sed ita in omnibus & praesentibus & futuri sanctae Dei Ecclesie fideles & nostri concessum ac perpetuo confirmatione esse cognoscant a nobis. Petiti etiam uillas cellulæ quas in pago Carcassense, in loco Lautano & sancti Fructuosi, cum omnibus iuriis & pertinentiis suis, & cum omni supraposito illorum, & in Narbonensi in loco sancti Pauli, & Salinas quas obtinunt in stagno juxta Narbonam in loco qui dicitur Achadaldar, in Minerbe Eccleiam beatæ Mariae cuius vocabulum est Libris, cum omnibus appendicis & pertinentiis suis, villam Baiano cum finibus ac terminis illius ad dominum sanctorum Petri & Pauli perpetuo & in aeternum pertineant. *Cetera desunt.*

## L X V I I .

*Preceptum Karoli Regis de libero transitu per omnes fines regni negotiandi causa fine solutioone cuiusquam telonei.*

An. 844.  
Ex charta  
lariomocca:  
stori Folla:  
tentis.  
**I**n nomine sancte & individue Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Actionariis, vel omnibus rempublicam administrantibus, seu cunctis fidelibus sancte Dei Ecclesie & nostris tam praesentibus quam futuris. Notum esse volumus

quia vir venerabilis Engelbertus monasterij Fossatis Abbas nostra ostendit celstudini preceptum bone memorie Domini & genitoris nostri Hludovici Imperatoris, in quo continebatur qualiter ad petitionem Bigonis quondam illustri Comitis ipsum monasterium, quod etiæ constructum in honorem sancte & intermerata semper virginis Marie necnon & beatorum Apostolorum Petri & Pauli super fluvium Maternam, sub suo mundeburde atque defensione cum omnibus rebus & homib[us] eidem monasterio subiectis suscepisset, ex sua fratrūque libi commissorum parte humili supplicatione deprecans ut in nostram ac genitoris nostri eleemosynam ipsum monasterium sub nostra tutione & defensione simili modo recipiremus, & idem preceptum nostro nomine renovare & confirmare jubemus: in quo etiam illud similiter, sicut & in praedicto precepto insertum fuit, inferere petemus, ut quandoquidem monachis in eodem monasterio degentibus Miles fuos in aliquam partem regni nostri negotiandi gratia dirigere cum carris videlicet & faginis seu navigio vel cum quolibet negotio, licetiam habeant pergendi ubi voluerint abique aliquius infestatione vel contrarietate. Quorum petitionibus propter Dei amorem & pie recordationis genitoris nostri ac nostram eleemosynam liberenter annuerem & has auctoritatis nostræ litterulas conserbire & rotobare decevimus; per quas cunctis fidelibus nostris praesentibus & futuris jubemus ut ubi Missi praedicti Abbatis aut successorum eius infra dicti regni nostri negotiandi causa direcdi fuerint, nemo telonem nequod vulgo dicatur riparicum, neque rotaticum, aut pontaticum, vel portaticum, aut tranicum, atque cipiatricum, necnon & salutaticum, aut ullum censum, vel ullum occusum, aut ullam redhibitionem ab ipsis accipere aut exactare presumat; sed liceat tam eos quam homines vel omnia illorum cum pace discutere & negotia sua libenter peragere; & ad quacunque civitates aut portus vel loca accessum habuerint, nullam inquietudinem aut detentionem aut contrarietatem ab aliquo fidelibus nostrorum patiantur; sed ubicunque directi fuerint, five navigio aut terreno, securi & quieti, cum omnibus que deferunt, per praesentem auctoritatem nostram ire & redire valent. Et ut haec auctoritas firmior habeatur & a fidelibus sancte Dei Ecclesie & nostris diligentiis conservetur, manu propria nostra subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignavimus.

Signum Karoli glorioissimi Regis.

Meginarius Notarius ad vicem Hludovici recognovi.

Data v. Idus Decembris anno Christo proprietate V. regnante Karolo Rege, Indictione vii.

Actum in monasterio sancti Dionyfij in Dei nomine feliciter. Amen.

